a ¶ Quāq̄z. ADDE inquātū alex. hic notādo refert., paulus ꝺ ca. ro. ⁊ Ray. dicere hunc tex. notabileꝫ ꝙ ſi quis volebat mihi relinquere in teſtō ⁊ tu ipediuiſti teneris mihi ad intereſſe ꝙ Jo. an. in addi. ad ſpe. in ti. ꝺ iudi. §. generalia vſi. poſſet ēt ponit. q. de tutore q ꝓcurauit p teſtatoreꝫ ſibi relinqre totum vel partem eius ꝙ pupillo reliquere intendebat ꝙ pupillus poſſit agere ad intereſſe ſi manifeſte appareat ꝑſuaſione tutoris ſibi relictum ꝙ pupillo relinquere itēdebat ibi late vide fuit. q. piley vt ipſe refert.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

hoc op. extra glo. ĩ. ea. l. §. ſed ⁊ ſi quis dederit:
ubi eſt ceptuꝫ aliquid de eo quod erat fiendũ:
⁊ tamẽ locus eſt penitẽtie. Solu. dicit Jaco. de
are. ut colligitur ex diffinitiõe ſua quã facit ⁊ re
fert Cy. in. l. ſicut. C. de act. ⁊ obli. ꝙ. l. quod ſer
uius loquit̃ quãdo illud qȯ poſt dationem erat
fiendum reſpicit cõmodum vtriuſqꝫ. §. item ſi
quis. loquit̃ quando reſpicit cõmodum dantis
tm̃: ⁊ ſm̃ hoc videt̃ bona ſolutio poſita in prin.
glo. recte ĩtelligendo: quod nõ placet. nam ſiue
id quod eſt faciẽdum reſpicit cõmodum dãtis
tm̃ ſiue vtriuſqꝫ idem iuris eſt: ⁊ eadem rõ: vt. ĩ.
videbis. Preterea. §. item ſi qa nõ reſpiciebat
cõmodum dantis: ſed tertij. ſ. manumittendi.
Reſpõdeo ergo ad. l. quod ſeruius ꝙ illud eſt
ſpãle fauore matrimonij: ſiue matrimonium il-
lud ſit cõtrahẽduꝫ inter dãtem ⁊ recipiẽtem: ⁊
ſic gratia vtriuſqꝫ: ſiue inter extraneos: ⁊ ſic nõ
reſpiciat cõmodum dantis: caſus eſt in. l. ſi ego.
in prin. ⁊. §. i. vbi hec ſolu. ꝓbatur ad lrãm. ĩ. de
iure do. ¶ Op. in cõtractibus ĩnominatis põt
agi: vt quis cogatur implere quod promiſit: ut
. ĩ. de preſcriptis verbis. l. naturalis: per totam
. l. ergo apparet ꝙ non eſt locus penitentie. So
lu. dicit glo. ⁊ bene ꝙ penitẽtie locus eſt ex par-
te eius: qui impleuit cõtractuꝫ: nõ ex parte eius
cui impletum eſt. cum enim ipſe ſit perfecte ob-
ligatus: nõ poteſt penitere: ſed põt agi contra
eum: vt impleat vt in contrarijs. ille vero qui im
pleuit poteſt penitere: ⁊ repetere quod dedit:
ita loquitur hic: ⁊. ſ̃. eo. l. iij. §. i. ¶ Contra hoc
op. ea que facta ſunt non poſſunt repeti: vt. l. ſi
non ſortem. §. libertus. ĩ. de condi. indebi. vn-
de videtur ꝙ non ſit locus penitẽtie. Huius ti-
more dicit glo. ꝙ hoc quod de penitentia dicit̃
habet locum in do vt des: ⁊ do vt facias: ⁊ in p-
mutatiõe quaſi dicat in facio: vt des. vel ĩ facio:
vt facias non habet locum: quia poſtquã eſt fa-
ctum ceſſat penitentia. Illud etiam videtur te-
nere Jaco. de are. ⁊ Cy. qui recitauit eum in. d.
. l. ſicut. de actio. ⁊ obli. Certe etiam in facio vt
des: ⁊ facio vt facias poteſt habere locum peni
tentia quãdo ex aliqua parte nil eſt impletum.
Item quãdo ex vna parte eſſet impletuꝫ ſi eſſet
tale factum quod poſſet repeti: vt vacuam poſ-
ſeſſionem tradi ⁊ ſimilia haberet locum iſta. l. ſ.
repetitio: vel ſi peto vt te reponas in priſtinam
obligationem: vt. ſ̃. l. proxima. Item quãdo eſt
tale factum quod nõ poteſt repeti: lꝫ non detur
conditio ob cãm ad repetẽdum: tamẽ datur de
dolo in locum illius cõditionis ob cauſam: vt. l.
cuꝫ proponas. C. de dolo: ⁊ ibi tãgitur per doc.
⁊ ibi dixi. Preterea põt eſſe datio talis que nõ
poteſt repeti: vt datio libertatis: vt. d. l. cuꝫ pro
ponas. ⁊ ſic non eſt facienda diſtinctio inter cõ
tractus ĩnominatos: quia in omnibus idem vi-
detur: ⁊ hoc puto verum. Tamen Guil. de cu.
in hac materia eſt in mirabili opi. dicit enim ꝙ
ſolum in contractu do vt facias locus eſt penitẽ
tie: ⁊ nõ in alio: vt hic ⁊. l. iij. §. i. ſ̃. e. quia in alio
nulla. l. reperitur. Preterea ꝙ in cõtractu per-
mutationis nõ ſit locus penitentie videt̃ proba
ri in. l. i. ĩ. de re. permu. Ratio dicit ipſe: quia cõ
tractus ĩnominati iudicantur ſcd̃m naturam cõ
tractuum nominatoꝝ quibus equiparantur: vt
. l. i. §. ſi quis ſeruum. ĩ. depo. ⁊. l. cuꝫ qui. §. ſi rẽ
ĩſpectori. ĩ. cõmo. ſed iſte cõtractus aſſimilatur
mãdato: merito debet eẽ locus penitẽtie: ſicut
in mandato. hoc quod ipſe dicit nõ placet. naꝫ
do vt des ſimilatur emptioni: do vt facias cõdi
tioni nõ mandato: facio vt facias equiparatur
mãdato hic eſt tex. in. l. naturalis. §. i. ⁊. §. ſed ſi
facio. ĩ. de preſcrip. ver. Sed poſito ꝙ do vt fa-
cias equiparet̃ mãdato: tamẽ nõ eſſet locus pe
nitẽtie ꝙ̃tum ad repetẽdum id qȯ datum eſt: vt
. l. ſi militem: ⁊ qȯ ibi no. C. eo. ſed ꝙ̃tum ad ipe
diẽdum ne fiat ſic. preterea illa ⁊ eadem rõ que
eſt in contractu do vt facias eſt in omnibus cõ-
tractibus ĩnominatis: vt. ĩ. dicaꝫ. ⁊ ſic teneo ꝙ
in omnibus cõtractibus ĩnominatis habeat lo-
cum penitẽtia. ¶ Sed cõtra hoc op. de. l. ſicut
. C. de ac. ⁊ obli. Solu. ibi loqt̃ur in cõtractibus
nominatis hic in inoĩatis: iſta eſt vera rõ: dicit
glo. quia ſicut ſunt debiles in obligatione indu
cẽda: quia cõſenſu nõ cõtrahũtur: vt. l. iuriſgen
tium in prin. ſ̃. de pac. Sic ⁊ in obligatione reti
nẽda ſunt debiles: ⁊ ſic penitẽtia diſſoluunt̃. ita
dicit etiam Dy. in. l. ſtipulationes nõ diuidunt̃
in ſua diſtinctione magna. Tu dic clarius ſcd̃m
Ja. de are. ⁊ Cy. refert in. d. l. ſicut. Cõtractus
ĩnominati anteꝙ̃ ꝯpleant̃ nõ producũt obliga
tionem ciuileꝫ: vt. l. ex placito. C. de re. ꝑmu. cũ
ergo nullus ꝯtrahẽtium ſit ciuiliter obligatus:
merito poteſt penitere: ⁊ eodem modo poſt cõ
tractum impletum ab vna parte ille qui imple-
uit põt penitere: quia implendo obligauit ali-
um ſibi nõ ſe alteri: ⁊ hoc no. in. d. l. ex placito:
⁊ iſta rõ: quia obligatio non eſt cõtracta eſt ge-
neralis ⁊ vrgens ad omnem ſpẽm cõtractus in
nominati. preterea quãdo obligatio debet im-
pleri ex interuentu rei: lꝫ parti penitere: ⁊ reꝫ nõ
accipere: vt. l. qui pecuniam. ſ̃. ſi cer. peta. ⁊. ĩ.
que res pigno. obli. poſ. l. pe. ⁊. ĩ. qui po. in pig.
ha. l. i. ⁊. l. potior. in prin. ſed cõtractus nomina
ti ſtatim ab ipſo initio ſunt ꝑfecti: ⁊ eſt nata ciui
lis ⁊ naturalis obligatio ⁊ actio: ut. d. l. iuriſgen
tium. in prin. merito non licet penitere: vt. l. ſi-
cut. C. de actio. ⁊ obliga. ¶ Contra hoc op. ꝙ
etiam in contractibus nominatis: licet penite-
re: ut in mandato depoſito: ⁊ ſocietate. Glo. fa
tetur contrariũ ꝙ in illis fallit: ita dicit hic: ⁊ in
. d. l. ſicut: ⁊ idem Dy. in. c. quod ſemel. de re.
iur. lib. vj. Alij dicunt ⁊ melius ꝙ in illis non fal
lit: nũquam enim licet penitere ab eo in quo ob
ligatio eſt contracta: vt in. l. in commodato. §.
ſicut. ĩ. commo. ⁊. d. l. ſicut. de actio. ⁊ obliga.
vnde in mandato non ſum obligatus ad tenen
dum te procuratorem perpetuo: merito poſſuꝫ
te reuocare. Ideꝫ in depoſito ⁊ ſocietate: ⁊ pre
dicta tenẽt doc. in. d. l. ſicut. de actio. ⁊ obliga.
⁊ bene. ¶ Item op. in contractibus innomina
tis: licet non ſit nata ciuilis obligatio tamen eſt
nata naturalis que impedit repetitionem ſo-
luti: vt. l. naturaliter. de condi. indebi. ergo il-
lud quod ſoluiſti non potes repetere ex penitẽ
tia: quia naturaliter erat debitum. Reſpondeo
non erat debituꝫ naturaliter ſimpliciter: ſed de
bebam centum: vt ires capuaꝫ ad recipienduꝫ:
ad iſtud tuum ire capuam nullo iure eras obli-
gatus: u t. d. l. qui pecuniam. ſ̃. ſi cer. peta. ſi er-
go ex penitẽtia tollitur ne eas capuam: vel ne ĩ-
pleas cõtractum ex parte tua tollitur obligatio
naturalis qua tenebatur tibi ſoluere: ⁊ ſic appa
ret modo oĩno ſolutum indebitum. quod ergo
hic dicit̃ ꝙ poteſt penitere non intelligas eius
quod dedi principaliter: quia cum ad id eſſet
naturaliter obligatus: non poteſt penitere: ſed
intelligas ꝙ peniteat eum de eo ꝙ per aduer-
ſam partem eſt faciendum: Et ex hoc appa-
ret mediuꝫ per qȯ in libello concluditur. ¶ Si

quis tamẽ diceret in libello repeto.x.q̃ dedi:q꞉
penitet me dediſſe:lꝫ ĩpꝛopꝛie loquaꝛ:tamẽ iſtũ
libellũ non repꝛobo.nã cuꝫ de hoc nõ poſſit pe
nitere:niſi pꝛius penituerit de eo ꝙ eſt per ad/
uerſariũ faciẽdũ:videtur etiã de illo penitere:
vt.l. illud ꝺ acqui.here.¶ His expeditis reaſſu
mamus bꝛeuiter:vtrũ in cõtractibus ſit loc⁹ pe
nitẽtie:⁊ dic aut loqmur in cõtractib⁹ nomina/
tis ⁊ non eſt locus pnĩe in eo quo obligatio eſt
cõtracta.vt.l.ſicut.ĵ.de ac.⁊ obli.⁊.l.i cõmoda
to.§.ſicut.ĵ.cõmo.⁊ hoc nunꝗ̃ fallit.Aut loq/
mur in cõtractibus innoĩatis:⁊ tũc aut ſunt ce/
lebꝛati cã minuendaꝝ litiũ:⁊ nõ lꝫ penitere.vt
l.iij.in pn.ſ.eo.⁊.l.ꝗ̃uis.C.de trãſac.Aut con
tract⁹ innoĩati celebꝛanꝛ ad aliud ꝗ̃ cauſa mi/
nuendaꝝ litiũ:⁊ tũc aut a nulla parte eſt aliqd
impletũ:⁊ abſqꝫ dubio ẽ locus pnĩe:aut ex utra
qꝫ pte eſt pfecte impletũ:⁊ nõ eſt locus pnĩe:q꞉
obligatio pfecta eſt:vt.l.ex placito.C.de ꝺ re.p
mu.aut ex vna pte eſt impletũ pfecte:⁊ ex alia
nullo modo:⁊ tũc aut ſupeſt facultas ĩplendi
⁊ eſt locus pnĩe:vt.ſ.eo.l.iij.§.i.aut nõ ſupeſt
facultas ĩplendi:⁊ tunc aut nõ ſupereſt modo
nec vnꝗ̃ fuit facultas ĩplendi de iure vel de fac
to.aut ab initio fuit facultas ĩplẽdi: ⁊ poſtea ꝺ
ſijt. Pꝛimo caſu aut ille qui ĩpleuit fuit ſciẽs:⁊
nõ eſt locus repetitiõi ſeu pnĩe.vt.C.eo.l.dictã
⁊.l.ſi militẽ.⁊ ibi no.aut fuit ignoꝛãs:⁊ tũc ſec⁹
l.iij.§.ſi quis quaſi.ſ.eo. Ex pte vero recipien/
tis nõ diſtinguiꝛ ſciã ab ignoꝛãtia:vt.l.iij.§.ſi li
ber hõ.ſ.eo.ſcðo caſu põt qs penitere:dũ tñ ĩ/
dẽnitati aduerſarij cõſulaꝛ:vt.ĵ.ea.l.§.ſi.⁊ no.
ſ.eo.l.iij.§.i.nõ aũt poſſet repeti quaſi cã nõ ſe
cuta:vt.d.§.i.⁊.l.pe.C.eo.niſi facultas ĩplẽdi
defecerit poſt moꝛã aduerſarij:vt.d.§.i. Et p̃/
dicta vera ex pte ĩplẽtis.Ex pte vero eius cui ẽ
ĩpletũ nõ eſt locus pnĩe:vt dictũ eſt:⁊ ita ĩtelli/
gas ea q̃.ĵ.dicenꝛ.Quãdoqꝫ ex vna pte eſt im/
pletũ aliquid pfecte:ex alia eſt factũ aliqd de il
lo:⁊ tunc aut illud aliqd qð ẽ factũ eſt de ꝑpara
mentis:aut de eo qð erat faciendũ.ꝑmo caſu ẽ
locus pnĩe dũ tamẽ indẽnitati aduerſarij cõſu/
latur:vt hic.ſcðo caſu idẽ:vt hac.l.§.itẽ ſi quis
dederit.Nõ q꞉ faciẽdo aliqd nõ ĩpleꝛ cõtract⁹:
⁊ ſic alius nõ obligaꝛ:merito eſt loc⁹ pnĩe:vt di
ctũ eſt.Fallit fauoꝛe mr̃imonij.vt.ĵ.eo.l.q꞉ ſer/
uus.⁊.l.ſi ego.in pn.⁊.§.i.ĵ.de iure do.Quĩqꝫ
ex nulla pte eſt factũ aliqd pfecte:⁊ tũc ſine du
bio eſt loc⁹ pnĩe:q꞉ cõtractus nõ eſt pfect⁹:nec
nata obligatio:vt.l.ex placito de re.pmu.facit
qð no.C.ꝺ pac.l.i.in ſi.mag.glo. ¶ Cõtra hoc
op.nã hic videꝛ cõtractus noĩatus.ſ.locatio ⁊
cõductio.do eni pecuniã:vt vadas romã:⁊ ſic
nõ eſt locus pnĩe ſcḿ ea que dicta ſũt. So.dicit
gl.ꝙ hic pecunia fuit data:vt ſpẽs:vel ipſe qui
recepit nõ cõſueuit locare opas ſuas.ꝓbaꝛ hec
ſo.l.naturalis.§.at cũ.ĵ.ꝺ pſcrip.ṽ.⁊ tãgiꝛ hic
in glo.parua ꝑma huius.l.⁊ in gl.ſup verbo re
petiꝛ:⁊ eſt verũ.Si eni vni curſoꝛi q conſueuit
opas ſuas locare ad hoc dedi pecuniã:vt va/
dat ꝓ me romã eſt locatio ⁊ cõductio.ſed ſi cui
dã honeſto viro dareꝫ pecuniã:vt iret ꝓ me ro
mã:vel ĩ aliqua ambaſiata:vel ad aliqua nego
cia mea pficienda:ſeu expediẽda:tũc eſſet ꝯtra
ctus inoĩat⁹:ita loqtur hic qð apparet:q꞉ꝓ eũ/
do facit magnũ apparatũ qð in perſona curſo/
ris nõ cadit:vt videm⁹ cõiter.Sumus expediti
de ꝑmo articulo.ſ.qñ in cõtractibus inoĩatiſ ſit
locus pnĩe.¶ Veniamus ad ſcḿ.ſ.qñ ex defec/
tu cauſe cõpetit repetitio. ¶ Op.⁊ videꝛ ꝙ ẽt
qñ cauſa nõ eſt ſecuta:⁊ ꝑ accipientẽ nõ ſtet ſit

locus cõditioni:vt.ſ.e.l.i.§.i.in pꝛin.Sol.fate
oꝛ qñ cauſa nõ eſt ſecuta facto ei⁹:qui dꝫ ĩplere.
ſecus ſi caſu foꝛtuito:vt hic.⁊ ideo glo.hic per
moduꝫ ſũme tractat qñ defectus cãe hanc con
ditionẽ inducit.In quo dicas pleni⁹ ꝗ̃ gl.aut
deficit cã:q꞉ ab initio fuit ĩpoſſibilis:aut deficit
cã que fuit poſſibilis.ꝑmo caſu diſtingue:aut il
le qui ꝺdit fecit ſciẽter:⁊ nõ repetet:aut igno/
ranter:⁊ tũc ſecus.vt.l.dictã.C.eo.⁊.l.ſi militẽ
⁊.ſ.eo.l.iij.§.ſi liber.⁊.§.ſubtili⁹.ſcðo caſu qñ
deficit cã poſſibilis:aut ꝺficit caſu foꝛtuito:aut
facto ei⁹ qui dꝫ implere:aut ei⁹ in cuius pſona
dꝫ impleri.ꝑmo caſu aut ante moꝛã:⁊ nõ eſt lo/
cus cõditiõi ob cãm:q̃ſi cã nõ ſecuta:ſed ex pe
nitẽtia ſic vt hic:aut poſt moꝛã:⁊ tunc ſecus.vt
l.iij.§.i.ſ.eo.ſcðo caſu indiſticte eſt locus repe
titiõi:vt dicta.l.iij.in pn.⁊.§.i.ſ. eo.⁊.l.natura
lis. q̃ſi per to.l.ĵ.ꝺ p̃ſcrip.ṽ.tertio cãu nõ ẽ lo/
cus repetitioni quaſi cã nõ ſecuta.vt.l.pe.C.e.
ſed qñ peniteat poterit repeti.vt.d.l.iij.§.i.ali/
as.ij.ſ.eo.⁊ hic. Et p̃dicta vera qñ cã ob quaꝫ
datũ eſt taliter nõ eſt ſecuta:ſꝫ ſi eſt ſecuta aliq̃/
liter ⁊ nõ eſt pfecte:vtputa q꞉ ſecuta ẽ de facto:
ſed nõ de iure:vel ẽ ſecuta: ſed nõ ex ea cã ex q̃
datũ eſt:tunc ſimiliter hꝫ locũ ꝯditio:vt.ſ.e.l.
iij.§.ſi liber.⁊.§.ſi quis q̃ſi. Et pꝛedicta vera ſi
ue cã ſit expꝛeſſa ſiue tacite actũ ab vtraqꝫ pte:
vt.l.nõ omnis.ſ.ſi cer.pe.⁊.l.i.§.i.ſ.eo.⁊.l.iij.
§.ſi quis q̃ſi:⁊ ibi no.ſ.eo.ſecus ſi ab vna tãtũ
pte:vt.l.ſi repetendi.C.de cõdi.ob cãꝫ.⁊.d.§.
ſi qs quaſi.in ſi.⁊ hec vera in cã finali.ſec⁹ in ĩ/
pulſiua.vt.ĵ.de dona.l.ij.§.ſi.q quãdo p̃ſuma/
tur finalis ⁊ qñ ĩpulſiua.dic vt per Dy.in.d.§.
ſi.⁊ latius ibi dixi.Guil.tãgit ⁊ ibi per Cy.C.
de epiſ.⁊ cle.l.generaliter:⁊ ꝑ Dy.in.c.ꝺcet.ex
tra de re.iur.li.vi.hec nõ eſt hñ noſtra materia.
¶ Iuxta pꝛedicta q̃ro: vtrũ cõditio ob cãꝫ ha
beat locũ ſolũ in cõtractibus innoĩatis:Rñ.ꝙ
hꝫ locuꝫ in cõtractibus inoĩatis vbicunqꝫ illud
qð eſt datũ:vel factuꝫ põt repeti:alias ſi repeti
nõ poſſet haberet locũ actio de dolo: vel in fac
tuꝫ.vt.l.cũ ꝓponas.C.ꝺ dolo.⁊.l.naturalis.§.
ſed ſi dedi.⁊.§.ſe.ĵ.de p̃ſcrip.ṽ.Itẽ hꝫ locuꝫ in
omni datiõe que ſit ob cãꝫ:licet cõtractus ino/
minatus nõ reſultet:vt ſi do tibi aliqd vt aliqd
ego faciaꝫ:vel do vt aliquid faciat quidã terti⁹
vel do vt aliqd obueniat.in qbus lꝫ nõ reſultet
cõtractus innoĩatus:tñ ſi cã ceſſat habet locuꝫ
conditio ob cãm.tex.eſt no.in.l. ſenatus.§.i.ĵ.
de do.cã moꝛ.pꝛobaꝛ in.l.i.§.ſi parendi.ſ.eo.
⁊ per multas.ll.iſtius ti.¶ Quero vtrũ ad hoc
vt danti cõpetat cõditio ob cãm:ſit neceſſe ꝙ
perfecte contractũ ĩpleuerit ex pte ſua glo.vi/
deꝛ tenere ꝙ ſic in.l.actione.C.ꝺ tranſac.alias
nõ haberet locũ conditio ob cãm:ſed actio de
dolo:vt ibi no. ¶ Quero quid ſi cõtractus eſt
ab vtraqꝫ pte perfectus:tñ poſtea ex vna parte
illud implementũ reſcindiꝛ:foꝛte q꞉ res euinci
tur:an habeat locuꝫ conditio ob cãm:Rñ.ſic.
vt.l.ſi.ĵ.eo.fallit in contractu trãſactionis.vt.l.
ſi ꝓ fundo.C.de tranſac.in quo nõ agitur con
ditione ob cãm:ſed pꝛeſcriptis verbis ad inte/
reſſe eius qð fieri conuenit vt ibi pꝫ. Pꝛocedo
vlterius.diciꝛ hic ꝙ daꝛ cõditio ob cãm:ad re/
petendũ illud qð eſt datũ. Contra imo datur
ꝯditio ad aliud.ſ.ad fructus ⁊ ſi.vt.ĵ.eo.l.cum
qs.So.huius timoꝛe glo.hic tractat ad quid
detur cõditio ob cãm.dico ꝙ datur ad repetẽ/
duꝫ illud qð eſt datuꝫ:ſi eſt ſpẽs vel tantundeꝫ
ſi eſt quãtitas.vt.l.i.ĵ.de re. permu.⁊ hic.Iteꝫ
daꝛ ad naturales acceſſiones nõ ad ciuiles:vt.

ĵ.e.l.cū quis: ⁊ ꝙ nō ad ciuiles ꝓbaṫ in.l.i.C.ꝺ
cōdi.inde.⁊.l.quotiēs.ĵ.de cōdi.ob tur.cām.
Itē daṫ ad repetendū illud qꝺ ē datū vere: ſeu
datū interꝓtatiue: vt gl.dicit: nō aūt daṫ: vt fiat
qꝺ cōuenit: vt dixi in.l.iij.§.i.ſ.e. ¶ Ultio op.
de.l.q operas.ĵ.loca. So. breuiṫ hec vera: aut
quis vult repetere qꝺ dedit ex pnīa: ⁊ hꝫ locuꝫ
iſta.l.in cōtractib⁹ inoīatis: que pnīa ceſſat i cō/
tractib⁹ noīatis: vt dictū ē.aut qs vult repetere
quaſi cā nō ſecuta: et tūc eodē mō diſtinguiṫ in
cōtractib⁹ noīatis ⁊ inoīatis: qꝺ dic: vt.ĵ.loca.l.
ſi vno.§.itē cū quidā. ¶ Glo. q̄rit hic dr̄ ꝙ dꝫ
reſtitui illud qꝺ quis expēdit in ꝓparamētis.
¶ Quero an illa ꝓparamēta debēt dari illi re/
petēti.gl.dicit ꝙ ſic alias remaneret i lucro ille
q ꝓparamēta fecit qꝺ ē notādū: vel deberēt re/
manere apud eū q accepit deducta extimatiōe
quāti mō valet: vt.l.nā ⁊ ſi nō ſit idone⁹ cū.l.ſe.
⁊.l.cū ēptor.§.fi.⁊.l.ex dāni īfecti ſtipulatōe in
ꝑn.ĵ.de dā.infec. ¶ Ultio hec.l.facit i argumē
tū ad.q.ꝺ ꝑtāte electo q fec̄ ꝓparamēta: ⁊ poſt
modū nō potuit ire.qꝺ dic: vt plene dixi in.l.i.
§.diu⁹.ĵ.ꝺ va.⁊ extraor.cog.⁊.l.dieꝫ functo.ſ.
de offi.aſſeſſo.

**Si ſeruum.** In cōtractib⁹ inoīa/
tis ſi res ē itegra: ſiue
aliqd ceptū ſit: vel deſierit poſſe fieri facto ter/
tij: vel caſu ex pnīa daṫ cōditio ei q ex pte ſua i/
pleuit: dūmō indēnitati aduerſarij ꝯſulaṫ: ſi qꝺ
dānū occaſione illi⁹ cōtract⁹ incurreret.h.d.vſ
qꝫ ad fi. Diuide: q: ꝑmo loqtur qñ qs ꝺdit ſer/
uuꝫ ſuū: vt manumittereṫ.ſcꝺo qñ quis ꝺdit pe
cuniā: vt ſu⁹ tertij emereṫ ⁊ manumittereṫ.ter/
tio qñ qs dedit pecuniā: vt ſeru⁹ accipiētis ma
numittaṫ.ſcꝺa in.§.itē ſi qs.tertia in.§.ſꝫ ſi ac/
ceperit.legā ꝑ partes. ¶ No.in ꝑma pte ꝙ ad
uerſari⁹ dꝫ certiorari de pnīa. ¶ Ad illꝺ op.de
l.ſi pr̄.ĵ.de manu.vin. So.ibi loquiṫ de ꝓcura/
tore ſimplici: hic ꝺ ꝓcuratore nō ſimplici i quē
erat trāſlatū dn̄iuꝫ: vt poſſet manumittere.de
hoc an reqraṫ ꝙ reuocatio mādati ꝑueniat ad
noticiā ꝓcuratoris.dic: vt ꝑ Dy. in.d.l.ſi pr̄ ꝑ
Cy.in.l.mandatū.C.mā. videbis i.l.ſi ꝓcura/
torē.ſ.de ꝓcu. ¶ Op.de.l.q̄ſitū.ĵ.ꝺ ſer.expor.
So.ibi fuit ꝯtractus noīat⁹ hic inoīat⁹. ¶ Que
ro dr̄ hic ꝙ ſi fuit manumiſſus poſt pnīaꝫ: pōt
agi cōditiōe ob cām.q̄ro ad qd.dicūt quidam
ꝙ ad ip̄m ſeruū: q: manumiſſio nō valuit poſt
reuocationē: vt.l.ſi pr̄.alle. Alij dicunt ꝙ imo
ageṫ ad extimationē: q: valuit manumiſſio: qa
fuit trāſlatū dn̄iū in accipiēteꝫ: vt ar.ĵ.ꝺ dona.
l.hoc iure.§.ſi qs dederit: ⁊.ĵ.mā.l.ſi hoīem.
Ego fateor ꝙ manumiſſio tenuit: vt dictū ē: tn̄
cōditio daṫ adhuc ad ip̄m hoīeꝫ: lꝫ executio fi/
at in extimatiōe.iſtud ꝓbaṫ in.l.ſi ſu⁹.§.boue
ĵ.de cōdi.fur.⁊.l.iij.in fi.eo.ti.⁊.l.i.qꝺ me.cā.
C.pōt etiā directo ꝯdici extimatio: vt.l.i re fur
tiua.in ꝑn.ĵ.de cōdi.fur.lꝫ glo.ibi aliter ſētiat.
¶ Quero qd ſi dātē peniteat: ⁊ nō certiorauit
an cōſtitutio ſuccedat: ⁊ faciat eū liberū: glo.di
cit ꝙ nō.nā in ꝟſi.plane dicit: ſi nōdū peniteat
nō repetit: ⁊ certiorauerit.hoc tenēt doct.q:.l.
ſemꝑ eſt certa: ⁊ hoc ꝓbaṫ per iſtū tex.ꝓbaṫ in
l.cū ad pn̄s.ſ.ſi cer.pe.⁊.l.eius q in ꝓuinciā.i
fi.⁊.l.cū qdaꝫ.§.qꝺ dr̄.ꝟ.qꝺ ſi vnū.ĵ.de acq.he
re. Et hoc inducebat. Ja.ꝺ ra.ꝙ ſi ego māda/
ui alicui: vt ꝑcuteret clericū ⁊ reuocaui mādatū
eo nō certiorato de reuocatōe: ꝙ ſi ille ꝑcutiat
nō ſuccedit ꝯſtitutio ſeu canon: vt ſim excōica/
tus. Guil.ꝺ cu.dicit cōtra.nā illa excōicatio nō
inferṫ a iure ſimpliciter: ſed interueniēte facto
hominis ꝑcutientis: ⁊ ideo dꝫ ille homo ex cu/
ius facto excōicatio debebat ſeq certiorari: vt i
ꝑmo rn̄ſo huius.§.hoc etiaꝫ tenent cano.in.c.
mulieres.de ſen.excō. ¶ Ultimo circa iſtū finē
in ꝟſi.plane pōt dubitari.hic videṫ ꝙ ad excu/
ſandū aliquē ne teneaṫ conditiōe ob cām: ſuffi
cit factū eſſe a lege.contrariuꝫ habuiſtis no.in
l.iij.§.ſi quis quaſi.in fi.mag.gl.ſ.eo.Sol.poſ
ſumus dicere ꝙ ibi pecunia data fuit: vt aliqd
obueniat: hoc eſt vt diſpoſitio purificeṫ quā cō
ditionaleꝫ putabat: ſed illud nullo modo eſt fa
ctū: nec a lege nec ab hoīe: q: de ſe erat diſpoſi
tio pura: vel aliter ſufficiat factū a lege ad excu/
ſandū eū: qui cōuenitur qñ tractat de dāno eui
tando: vt ſi ab eo petiṫ pecunia: vel petiṫ illꝺ qꝺ
nō habet: vt hic in fi.⁊.l.ſi puellā.C.ſi māci.ita
fue.alie.ſecus ſi ab eo peteretur qꝺ ſibi fuit ab
initio datuꝫ: ita loquitur contrarium.

**Item ſi quis.** Hic loquiṫ quādo
pecunia fuit data:
vt ematur ſeruus tertij ⁊ manumittaṫ.vt.ſ.di/
xi. ¶ No.ꝙ tunc dꝫ certiorari ꝓcurator qñ eo
nō certiorato poſſet dānuꝫ incurrere.h.d. In
tex.ibi ne ſi poſtea emat dāno afficiaṫ.ſimile.ĵ.
mā.l.ſi mandaſſeꝫ.⁊ ideo ſi nullū dānuꝫ poſſet
incurrere certioratio nō eſſet neceſſaria: vt.ĵ.de
ma.vin.l.ſi pater ⁊ ibi dixi. ¶ Secūdo no.ꝙ lꝫ
ex altera parte ſit aliqꝺ factuꝫ ad implendū cō/
tractuꝫ: ſi tamē nō eſt perfectū loc⁹ eſt pnīe: qꝺ
dic: vt dixi.ſ.in pā̄n.huius.l. ¶ Tertio no.ꝙ
cōditio ob cām datur ad aliud: ꝙ̄ fuerit datū.
nā hic fuerunt data.x.⁊ repetiṫ ſuus: tn̄ hoc iō
eſt: q: ē quaſi datio.ita no.ſ.ea.l.in pā̄n.circa
fi.magne glo.qꝺ itellige: vt.ĵ.dicā. ¶ Ultimo
no.ꝙ iſte debet cauere de reſtituēdo ſi i ꝑtāteꝫ
eius ꝑuenerit. Contra.ĵ.depo.l.ſi ſine. So.di
cit gl.ibi in deponēte hic in ꝓcuratore qui gra
uatur in plus ꝙ̄ deponēs: q: teneṫ ꝺ leuiſſima
vt.l.a.ꝓcuratore.C.māda. Iſta nō eſt vera: qa
hic nō fuit mandatuꝫ: ſed fuit cōtractus inoīa/
tus do vt facias: vt pꝫ ex tractatu i quo nos ſu
mus.ſed ſuſtinēdo dicas ꝙ lꝫ ſit cōtractus ino
minat⁹ iudicatur ſm̄ naturaꝫ illius cōtract⁹ cui
eqparatur: ſed hic aſſimilaṫ magis mādato: ꝙ̄
alteri cōtractui.ergo ⁊c̄. ¶ Nūc aduerte ſi po/
neremus nos ꝙ datuꝫ eſſet veruꝫ ꝓciuꝫ ſui:
vt emeretur ⁊ manumittereṫ: tūc cōcedo ꝙ hꝫ
ſimilitudinē cuꝫ mandato: ⁊ tūc ꝓcedat rō gl.
⁊ ꝓcedit qꝺ dictuꝫ eſt.ſ.ſ.ꝙ pōt agi cōditione
ob cām: ad dictuꝫ ſeruū. Sed ſi poneremus ꝙ
nō dedi veruꝫ ꝓciuꝫ: ſed cū videreꝫ te forte il/
luꝫ ſeruū diligere: ⁊ nō haberes totuꝫ ꝓcium
quo poſſes eū redimere: dedi tibi pteꝫ: vt eme/
res eū ⁊ manumitteres: tūc nō habet oīmodā
ſimilitudinē cuꝫ mādato.feci enī gratia tui ma
gis ꝙ̄ mei: ⁊ iſto caſu putarē ꝙ nō dareṫ cōdi/
tio ob cām ad ip̄m ſeruū: ſed ꝺberē ex pnīa cō/
dicere ipſaꝫ pecuniaꝫ: tu aūt haberes ꝑtāteꝫ dā
di ſeruū vel pecuniaꝫ: ne ex hoc cōtractu rema/
neas in dāno: ⁊ ita ſonat tex.in ꝟſi.ſi ꝟo iā ēp.
facit.ĵ.ꝓmo.§.ſic ergo intelligo tex. Rn̄.ad
l.ſi ſine.ĵ.ꝺpo.eodē modo quo.ſ.qa ibi loq/
tur in depoſitario: qui teneṫ de ſolo dolo: cuꝫ
gratia dātis fuerit celebrat⁹ cōtractus.hic vero
gratia recipiētis vel vtriuſqꝫ. ¶ Op.ꝙ nō de/
beat ꝑſtari cautio: vt.l.iij.in ꝑn.ſ.eo. So.aliud
ibi: q: debitor ibi habet exceptioneꝫ: vt ibi dixi
⁊ glo.hic ponit.

**Sed ſi acceperit.** Hic loq/
tur qñ qs
accepit pecuniā: vt manumitteret ſeruum ꝓ/

p̃riū. Et p̃rio ponit q̄ñ ſeruꝰ fugit. ſcḋo q̄ñ ſeruꝰ mortuus ē. ſcḋa ibi: ſʒ vbi accepit. ¶ Uides hic in ꝟſi. ſʒ elegit: ꝙ quis pōt petere ipſuʒ ſeruū. Contra cōditio. ob cām. dať ad repetendū illud qḋ ē datū: vel q̄ſi datuʒ: vt dixi. ſ. ꝓximo. §. ⁊ no. in hac. l. in fi. magne glo. nō aūt dať ad aliud: ergo hic male loqtur dū dicit dari ad ſeruuʒ. Sol. dicit gl. ꝙ fallit hic vbi cōditio dať: vt fiat id qḋ ꝓmiſit facere. ſ. ꝓximo. §. ⁊. ſ. e. l. iij. §. i. nō puto ꝙ vnq̄ꝫ cōditio ob cām deť: vt fiat qḋ cōuenit: ſed ad illud dať actio p̄ſcriptis ꝟbis: vt. l. naturalis. §. i. ⁊ p totā. l. j. de p̄ſcrip. ꝟ. naʒ iſta cōditio oriť extra id qḋ agiť: vt. l. ſi is. in fi. j. cōmo. nō ergo datur: vt ipleať id qḋ agiť vel fieri dʒ. Nō ob. l. iij. §. i. ſ. eo. q: dic: vt ibi dixi. Nō ob. ſ. ꝓximo. §. q: ibi fuit q̄ſi datuʒ. Nō ob. ꝟ. ſʒ ſi eligat. q: euʒ intelligo ſic q̄ñ ſuus q aufugit reuerſus ē i p̄tāte dñi: tunc ſi ego q dedi dico volo ꝙ manumittať: ⁊ ille nō vult manumittere: ceſſat cā ob quā datū eſt ſui culpa: merito totū qḋ dedi repetiť: vt hic i ꝟ. plane. Qūqʒ nolo ꝙ manumittať: ſed me penitet: ⁊ repeto pecuniā quā dedi. Accipiēs dicit ego volo ex hac pecunia retinere. tm̄ q̄tuʒ ſeruus factꝰ eſt vilior ꝓpter fugā: tūc ego dico nolo: ſed habeas tibi totā pecuniā: ⁊ da mihi ſeruū ſic viliorē effectū: tūc cogiť accipiēs: vel totā pecuniā reddere vel ſeruū: ⁊ ſic vides ꝙ nō cogiť directo ad ipſuʒ ſeruū: ſʒ ad pecuniam: ſed cogiť reſtituere ſeruū p officiū iudicis: ſi nollet totā pecuniā reſtituere. ¶ Op. diciť hic in ꝟ. ꝙ ſi diſtracturus: ꝙ nō iputať ſibi ſi eū diligēter nō cuſtodiuit. Cōtra: q: ex hoc vř in culpa: vt. l. ſi a bone fidei. cū. l. ſe. ſ. de rei ven. ergo dʒ ſibi iputari: vt. ſ. ea. l. §. itē ſi quis dederit. So. hic fuit cā quare non eū ita diligenter cuſtodiuit. vñ in culpa nō fuit. non enī eſt p̄ſumendū: ꝙ ille q de ꝓximo dʒ manumitti aufugiat: iō nō erit neceſſaria tāta cuſtodia. qḋ no. ꝓ carceratis qui ſunt in caſu abſolutionis: q: nō eſt neceſſe ita diligenter eos cuſtodiri.

**Sed ubi accepit.** Hic loquiť q̄ñ ſeruus ꝓpaꝰ q manumitti debebat deceſſit. ¶ Op. de. l. iij. §. i. ſ. e. So. aut vult repetere q̄ſi cā nō ſecuta: ⁊ loqtur. l. cōtraria. Aut vult repetere ex penitentia: ⁊ habet locū diſtinctio huius. §. Bartolus.

Ex. l. ſequenti.

¶ Queſtionē ḋ eo q vēdidit equā p̄gnātē pacto appoſito: ꝙ ſi pareret feminā: ptieret ad ēptorē: ſi maſculū ad venditorē: ſi equa peperit maſculuʒ ⁊ feminam quid fiendum: vide ibi. Et inducitur.

s **I extraneus.** Caſus obmiſſus remanet in diſpoſitione iuris cōis. h. d. ¶ Op. de. l. ſi cū dotē in p̃in. j. ſo. ma. So. huius timore hec. l. legitur duobꝰ modis. vno mō ꝙ ille q ḋdit agat ex ſtipulatione p̄ſumpta ex eo: ꝙ q ſibi in vnū caſū pepigit: in alio vř ſibi ꝓuidere. Tunc. ob. fortiter. l. ꝯtraria ad quā rñdet glo. ꝙ hic fuit diligēs ꝓuidēdo ſibi in omnē caſuʒ: q poſſet euenire. ſo. ma. merito preſumitur ſibi ꝓuidiſſe in caſu: in quo matrimoniū nō cōtraheretur ꝓ hac lec. facit tex. ibi ⁊ veriſimile eſt i hunc quoqʒ caſuʒ ꝓſpicere: ſed hec nō eſt vera lec. per tex. qui ſeqtur vbi expreſſe diciť: ꝙ nō agit ex ſtipulatione: ſed cōditione ob cām. Ad cōtrariuʒ rñdeo: ꝙ ibi caſus obmiſſus remanet in diſpoſitiōe iuris cōis: ſicut ⁊ hic. nā cōtracto matrimonio q non ſtipulatur dotē videť donare: vt. l. i. §. accedit. C. de rei vxo. ac. ſecus matrimonio nō cōtracto. ⁊ iō in caſu obmiſſo nō videtur donatū mulieri: ſed datuʒ ob dotē: vt matrimoniū ſequať: vt. l. ſi ego in p̃in. j. de iure do. merito cōpetit cōditio ob cām ipſi dāti. et hec eſt ſcḋa lec. huius. l. ⁊ vera. ¶ Aliquantulū ob. predictis qḋ ibi in. tex. dicitur de patre. ſ. in. l. ſi cum dotez: in p̃in. nā in caſu obmiſſo ḋ iure cōi: actio dʒ eſſe cōis patri ⁊ filie: vt inuit. cōtrariuʒ dic: vt ibi dixi. ff Et induciť ad. q. p vltramō. vēdidi tibi equā ⁊ cōueni: vt ſi pareret pullū maſculū ptineret ad vēditorē. ſi pareret feminā pertineret ad emptorē: peperit vtrūqʒ ad quē pertineat. Quidā dicūt ad venditorē: q: qui ſibi ꝓuidit in vno caſu: videať ꝓuidere in alio per hanc. l. Sed hec. l. magis facit in ꝯtrariuʒ ſm̄ Guil. nā caſus obmiſſus remanet in diſpoſitione iuris cōis: ſed de iure cōi nō ptineret ad vēditorē: vt. l. fructus. C. de ac. emp. ergo ⁊c̄. ergo videnduʒ eſt qui p̄mo fuerit natus: q: ambo ſimul naſci nō poſſunt: vt. l. aretuſa. de ſta. ho. De p̄mo enīʒ partu intelligit: vt. l. boue. §. hoc ſermone. j. ḋ ꝟbo. ſig. ¶ Quid ſi nō apparet: in dubio quidaʒ preſumunt maſculuʒ p̃imo natuʒ: vt. l. ſi fuerit in fi. ḋ re. du. ſed ibi fauore libertatis. ⁊ iō Guil. dicit ꝙ ex eqtate hic partꝰ iter eos diuiditur [a]. ar. ḋ lib. ⁊ poſthu. l. ſi ita facit. l. q quadringēta in p̄n. ff. ad. l. fal.

q **Ui ſe debere** Iſta. l. eſt ḋ difficilioribus. ll. quā habueris hoc anno. lʒ tex. ⁊ glo. videātur p̄ma facie faciles. ⁊. h. d. Si debitor puratiuus: ꝓ muliere dotez ꝓmittat: ⁊ ſoluit ignoranter matrimonio nō ſecuto: ipſi cōditio cōpetit: ſi ſcienter cōpetit mulieri. ſed debitor verus indiſtincte cōditionē habebit: ſed eaʒ mulieri cedendo liberabitur. h. d. Diuide: q: p̄mo loqtur in debitore nō ꝟo. ſcḋo i vero. ſcḋa ibi ſin autē. p̃ima ſubdiuiditur in tres. p̄mo ponitur thema ⁊ qḋ. ſcḋo rñſio in ḋbitore errāte. tertio in ſciente. ſecunda ibi: nerua. tertia ibi. ſed cuʒ ſciret. Iſte. ꝟſi. nerua in rōne quā ponit. ſ. quoniaʒ ſi putaſſet ⁊c̄. variatur duobus modis. p̄mo ꝙ dicamus ꝙ potuiſſet ſe tueri exceptiōe aduerſus ipſuʒ ſponſuʒ cui ꝓmiſit: ⁊ hoc tangitur in fi. p̄me gl. ⁊ in fi. gl. mag. ſuper ꝟbo quoniā. Alio mō ꝙ dicat ꝙ potuiſſet ſe tueri exceptiōe cōtra ipſaʒ mulierē: ⁊ hoc tangiť in p̄n. glo. ſup ꝟbo q̄m hʒ. ⁊ iſte ꝟ. habʒ alias varietates de q̄bus tāgā. j. in ꝯtrarijs. ¶ Op. turꝰ exceptiōe doli ſoluens nō repetit: vt. l. q exceptionē. j. de cōdi. inde. ergo huic nō dať ꝯditio. So. quadruplex ē exceptio doli. dicit gl. p̄ma. qḋ dic: vt i ea. Adde quintā exceptionē doli. q̄ ſuccedit i locuʒ cuiuſlibet exceptōis ḋ mūdo: vt. j. ḋ excep. do. l. ij. §. ⁊ generaliť. ſʒ. l. q exceptionē loquiť de exceptōe doli odioſa q̄ oriť ab initio cōtracte obligatiōis nō de alijs doli exceptio. ita loqť hic. nā hic itelligiť ḋ exceptiōe doli hoc ē facti vel itentiōis: nā cū hec promiſſio habeat i ſe tacitā ꝯditionē: vt. l. ſtipulationē. j. de iure do. apparet ꝙ ſpōſuſ ſi ageret nō haberet actionē. iō ꝯtra eū erat turꝰ debitor exceptiōe doli hoc ē facti vel itentiōis. Iſta ē vna lec. ita intelligit p̄ma gl. hūc ꝟſi. q̄m putaſſet. ⁊c̄. ⁊ i gl. ſup ꝟbo q̄m in ꝯtrario formato ḋ. l. ſtipulationem. j. de iure do. ¶ Sʒ op. Iſtud nō vř bñ dictū. nā i. l. q exceptiōeʒ loquiť de ꝯdi. inde. hic ḋ cōditiōe ob cām. in q̄ ab initio cū dať certū ē ꝙ nō eſt ḋbitū. iō hic nō dʒ queri vtrū ḋbitor erat turꝰ doli exceptiōe: vel nō aduerſus eū cui ſoluerat: ⁊ ꝓpter hoc dicūt q̄dā ꝙ iſta gl. nō ē bñ ſignata hic. Alij dicūt ⁊ iſtḋ ē verū: ⁊ hoc tʒ Ia. bu. ꝙ glo. hic poſita ē bñ ſignata: tñ hoc dʒ aliť intelligi: videlicʒ ꝙ ſoluēs erat turꝰ exceptione doli aduerſus mulierē cuiꝰ iuſſu ꝓmiſit. hoc gl. tāgit ſup ꝟbo q̄m i p̄n. ⁊ ē rō talis q̄ñ ſoluiť ſciēter: ⁊ nō poteſt repetere cōpetit cōditio mulieri: ⁊ nō ſoluēti: vt in ꝟſi. ſed cū ſciret. Idē eſſet q̄ñ eſſet turꝰ ꝯtra mulierē tali exceptōe ex q̄ ſolutū ñ poſſet repeti: q: ꝯpeteret ipi mulieri ꝯditio ob cāʒ. ex eadē rōne: q̄ competit q̄ñ ſolutū ē ſciēter. Sed hic erat turꝰ ꝯtra mulierē tali exceptione: ex q̄ ſolutū poterat repeti. merito ſibi cōpetit conditio contra virū: ⁊ ſic gl. i. hic eſt

[a] ¶ Diuiditur. ADDE vt per alexā. cui in quātum refert. q. de eo qui dotē q̄ʒ pro muliere dedit ſtipulatus eſt ſibi reddi in omnē caſum ſo. ma. ꝙ ſi cōtigat virū vergere ad iopiam nō poſſit dans ad dotez agere ad illā p. l. vbi adhuc ſʒ mulier poſſit. adde ꝙ voluit bar. cōſilio. cxxvi. incipiēte ticiꝰ maritauit ſororem.

bene ſignata. ¶ Sed cōtra. ſi iſta rō eſt vera ꝙ iō ſibi cōpetit cōditio ob cām cōtra virū: q: ſolutū mulieri pōt repetere male dicit. ſ. ꝙ vero ðbitori cōpetat ꝯditio. q: ille ſolutū mulieri nō poſſet repetere So. huius timore exponūt quidā qm̄ pro ꝙuis. ⁊ ſi ꝓ tm̄ quaſi nō ponat̄ cauſatiue ꝑ moduʒ rōnis: ſed ponatur aduerſatiue. Alij ſubaudiūt hic maxie: ⁊ ſic ſi curant poterat ſe tueri exceptiōe vel nō aduerſus mulierē: ⁊ ſic pertrāſit glo. tua ſup ꝟbo qm̄. Certe ſcðʒ hoc rō iuriſcōſulti nō eſſet bona: dic ergo eā bonam Non ob. ꝟ. ſinaūt vere. ſ. qð dicit de ꝟo debitore: q: qm̄ verus ðbitor ꝓmittit: ⁊ ſoluit negociū in veritate ſpectat ad eū: nō ſolū ad mulierē: ꝓ qua ſoluit̄. merito ſibi cōpetit cōditio ob cām: ſed ðbitor putatiuꝰ in caſu ī quo ſolutū nō pōt repetere: nō pōt dicer̄ ꝙ negociū aliquo mō ad eū pertineat in veritate. ideo hic diſtinguit̄: vtrū poſſit repetere a muliere vel nō. ¶ Op. ꝙ cōditio cōpetat mulieri: cuiꝰ iuſſu ē ſolutū: vt. ī. ti. ij. l. ſi ꝓcurator. Sol. hic mulier iuſſit ꝙ ꝓmitteret̄ nō iuſſit ſolui: hoc nō placʒ: vt videbis ſtatiʒ in ꝟ. ſi vere autē: dic ergo ꝙ hic iuſſit ꝓmitti ⁊ ſolui: ſed hic ðbitor nō ſoluit ꝓ muliere: ſed ꝓ obligatiōe ſua qua erat obligatꝰ ſpōſo: ideo tex. dicit ꝓmiſit ⁊ ſoluit: ſecus ſi ꝓ muliere tm̄ ſoluiſſet ⁊ eiꝰ iuſſu: vt. d. l. ſi ꝓcurator. ¶ Circa iſtā pmā ptēʒ qro quādo iſte ðbitor nō verꝰ erat ſciēs: quid ſi ꝓmiſit ⁊ nō ſoluit: dicit glo. ꝙ idē: nā mulieri dabit̄ actio ꝯtra virū: vt cedat ſibi actionē ꝯtra illuʒ debitorē: q: paria ſunt ꝓmittere ⁊ ſoluere: vt. l. ſi. C. ad. l. fal. ita dic̄ gl. ¶ Sʒ ꝯtra hoc inſtat̄ fortiꝰ: ſtipulatio ð dote hʒ ī ſe tacitā ꝯditionē ſi mrīmoniū ſequat̄: vt. ī. de iure do. l. ſtipulatio: ſed cū mrīmoniū nō ſit ſecutū: ⁊ ſic vir nō habeat actionē eā cedere nō poterit. Dicūt qdaʒ ꝙ iſta lex dʒ intelligi qm̄ fuit actū: vt in ſtipulatione tacita cōditio nō ineſſet: ⁊ hoc tangit̄ in pcedēti glo. ſup ꝟbo qm̄. Tu dic ꝙ illa tacita ꝯditio ineſt ꝙtuʒ eſt reſpectu viri ſtipulātis: ſed nō reſpectu mulieris: qm̄ cōſtat ꝓmittentē voluiſſe donare: vt. ſ. l. ꝓxia: ⁊ iō dico ꝙ vir cedet actionē mulieri: ⁊ efficiet̄ vtilis apud mulierē: que apud cedētē erat iutilis. vt. C de iure do. l. ſi. ī pn. ⁊ l. papinianꝰ. ī. mā. nec pōt intelligi hec. l. ꝙ hic fuiſſet actū ꝙ tacite ꝯditio nō ineſſʒ nā tunc ſoluēs nō ſoluiſſet ob cāʒ: ð futuro ſʒ ob cāʒ de pterito: ⁊ ſic nō tractaremꝰ de ꝯditiōe ob cāʒ: ſed de ꝯditiōe indebiti: vt. l. damꝰ. ī. ti. ij. Veniamus ad ſcðam ptēʒ ⁊ op. ꝙ huic debitori ſoluēti det̄ cōditio idebiti ſi ſoluerit: q: ante matrimoniū erat idebitū: vt. ī. de iure do. l. ſtipulatio. Glo. in verbo cōdicere: ſoluit ⁊ bn̄. nā hic ſoluebat ob mrīmoniuʒ de futuro nō de pterito. ¶ Secundo op. ⁊ videt̄ ꝙ hac ſolutione debitor ſit liberatꝰ: q: ſoluit alteri volēte creditore: vt. ī. de ſolu. l. ſolutā. Sol. dicit glo. hic ſoluit reuocabiliter. Alij dicūt ꝙ hic habuit mandatū de ꝓmittēdo nō de ſoluēdo. Iſta nō eſt vera: q: tūc nō liberaret̄ cedēdo actionē mulieri: imo iputaret̄ ſibi cur ſoluit ante cōditiōis euentū: vt. ī. mā. l. ſi mādauero. in prin. la. ij. Dicit ergo glo. ꝙ hic ſoluit ꝓ obligatione ſua qua tenebat̄ marito: nō pro ea qua tenebat̄ mulieri. Iſta eſt vera: ⁊ probat̄ in. l. indebitā. ī. de ꝯdi. inde. ¶ Op. ⁊ videtur ꝙ imo detur mulieri cōditio: vt. ī. de condi. inde. l. ſi procurator. Glo. dicit fateor: ſi ſequeret̄ ratihabitio. certe videt̄ ꝙ ratihabitio non ſit neceſſaria cuʒ preceſſerit iuſſus: vt in prin. l. vnde oportet te itelligere ꝙ in iſto ꝟ. ſinaut teʒ: mutetur caſus. ſ. ꝙ nō preceſſit iuſſus Vel dic ꝙ glo. bene dicit. nā vt dixi debitor iſte ſoluit ꝓ obligatiōe ſua: quā ſolutionē ſi mulier ratā habet: lʒ nō ſuo noīe factaʒ habebit conditionē cōtra virū ex eqtate quā habuiſti in. l. cuʒ fundus. §. ſeruum tuū. in prin. ſ. ſi cer. pet. cuʒ eni agēdo cōtra debitoreʒ ſuuʒ ille liberaretur cedēdo actionē ſuaʒ: equū eſt: vt di-

a ¶ Matrimoniū. ADDE In quātuʒ alexā. in gl. in verbo ſponſo tangit: an in caſibus in quibus matrimonium valet in vi ſpōſalici. tranſeat in vim matrimonij etate ſupueniente abſqʒ alio contractu. bal. ꝯſi. cccxciiij. et cccxcviij. pmo libro et conſilio. cccxxviij. conſequenti eo. pmo volu. ⁊ an ſponſus ⁊ ſponſa poſſint cogi ad contrahendum matrimoniuʒ per verba de pſenti vide. abb. cōſilio xlviij. pmo li. Et an dos data ob matrimonium nō ſequutū habeat illa priuilegia que habʒ dos vera vide bal. cōſilio. xvi. ſcðo libro.

recto poſſit agere cōtra viruʒ per dictuʒ. §. ſuuʒ tuum. materiaʒ iſtius. l. ſūmabo tibi ſtatiʒ in. l. ſi donatarius. ī. eo.

**Fundus.** Hac cōditione repetit̄ res cuʒ acceſſionibꝰ naturalibus. h. d. ¶ Op. C. de condi. inde. l. i. ⁊ l. quotiēs. C. ð cōdi. ob tur. cau. Sol. ibi loquitur de acceſſiōibus ciuilibus: vtputa de vſuris: que nō veniunt in iſtis conditionibus cuʒ ſint ſtricti iuris. Bartolus.

Ex. l. ſequenti.

¶ Affinitas proprie inter ſponſos nō cōtrahitur: ⁊ ideo ſtante ſtatuto ꝙ affinis: vel cōſanguineꝰ alicuius peruſini non poſſit eſſe ibidē poteſtas: ⁊ contingat filiuʒ alicuꝰ ciuis alterꝰ ciuitatis ꝯtrahere ſpōſalia cuʒ filia ciuis peruſini nō cōprēdetur in ꝓhibitis ſtatuti: ibi. Dicit ſtatutuʒ. Et verbū pōt qualiter intelligatur: ibi. Cōtra. Et renūcians omni iuri qð habet ⁊ habere ſperat intelligitur rebus ſic ſe habētibus ex aliquo iure vel ſpe aliqua de preſenti ibi. Iſta enim verba.

q **Uod ſeruius.** Datuʒ cauſa dotis non repetitur donec matrimoniuʒ putatur ſubeſſe: vel ſpes eſt ꝙ contrahat̄. h. dicit. Et primo ponit dictuʒ ſeruij: ſcðo declarat caſuʒ in quo debet intelligi. tertio ponit caſuʒ in quo nō debet intelligi: ⁊ adducit ſimile: ſecūda ibi. ſic intelligēduʒ. tertia ibi: donec. ¶ Op. de. l. diuortiuʒ. ī. de verbo. ſig. Sol. hic diuortiuʒ ponitur improprie. ¶ Scðo op. ꝙ dictuʒ ⁊ ſimile qð adducit ſint idē: ⁊ ſic vnū per aliud ſuperfluat. So. dicit glo. ⁊ bene ꝙ in pmo caſu putabat̄ matrimoniuʒ cōſtare qð nō conſtabat. in ſcðo ſolū putabantur eſſe ſpōſalia. ¶ Ulterius op. ꝙ iter ſpōſos nō eſt affinitas: vt. ī. ð gradi. l. nō facile. §. i. ⁊ ij. glo. dicit ꝙ hic ponitur affinitas iproprie ⁊ bene dicit qð no. q: per ſpōſalia nō contrahit̄ affinitas. de hoc habes in. l. nō facile: de gradi. ⁊ ī quadā. l. pulla: ⁊ l. labeo. ⁊ l. ſeruius qð eſt vtile. ¶ Dicit ſtatutū hic ꝙ nullus poſſit eſſe poteſtas qui ſit cōſanguineꝰ vel affinis alicuius peruſini: certe lʒ inter peruſinuʒ filiū ⁊ filiā alterꝰ ciuitatis nobilis ſint ſpōſalia facta ſi dicetur affinis ꝓprie: ideo eligi nō ꝓhibetur ptās qð tene mēti: q: hic fuit de facto. ¶ Venio ad vltimaʒ glo. dicitur hic ꝙ datuʒ nō poteſt repeti ꝙdiu poſſunt cōtrahi nuptie. Cōtra. imo pōt penitere: vt. l. ſi pecuniā. §. iteʒ ſi quis in prin. ſ. e. Sol. dicit glo. hic nō erat res integra ſed incohoata: hec ſo. videtur cōtra. l. ſi pecuniaʒ. §. iteʒ ſi quis. ſ. e. Quare alij aliter dixerunt in dicta. l. ſi pecuniā: vt ibi dixi. tamē antequā iſtud contrariū ſoluaʒ: pmo videamꝰ quādo iſta pecunia poterit repeti: ⁊ videt̄ ꝙ non poſſit repeti donec vterqʒ viuit: q: poſſibile eſt ipſis viuentibus contrahi matrimoniū: q: iſtud verbuʒ poteſt intelligitur. i. poſſibile eſt: vt. l. i. ī. de iniuſto teſta. glo. tua dicit contrariuʒ: q: tunc poterit repeti cuʒ alias nuptias cuʒ alio cōtraxerit. Naʒ iſta verba ꝙdiu cōtrahi poteſt debēt intelligi ꝙdiu rebus: ſic ſe habentibus. ar. l. cōtinuus. §. cuʒ quis: de verbo. ob. nō eni debet intelligi poteſt. i. poſſibile eſt: q: iſte eſt intellectus logicorū: ita dicit glo. ¶ Cōtra glo. ꝙ debet itelligi poteſt. i. poſſibile eſt: videtur caſus in aut̄. cui relictū. C. de idic. vidu. vbi oportet ꝙ ſpes nuptiaruʒ deficiat intrando religioneʒ: vel ſimilia faciendo: ꝓ hoc. d. l. i. de iniuſto te. ⁊ l. ita ſtipulatus ð ꝟbo. ob. Sol. quando ꝟbuʒ poteſt nō refertur ad actuʒ certe peſone: tunc intelligitur: pōt. i. poſſibile ē: vt. l. i. de iu. teſt. ⁊ eodeʒ modo loquitur aut̄. cui relictuʒ. naʒ ibi dicit ſi nuptias nō contraxerit non ſe reſtringit ad certas nuptias: ideo oportet ꝙ deficiat ſpes nuptiaruʒ ſimpliciter. hic vero ſe reſtrinxit ad nuptias certas: vt ſtatim dicaʒ: ⁊ eodem modo

a ¶Sponſalia. ADDE ꝙ hoc verū eſt: ſi datū ē noīe dotis pp nuptias que ſperanꝫ ſubeſſe ex cā ꝺ pñti: q: iā erant ſpōſalia ꝯtcta: ut hic: ⁊ idē ſi ꝯ cta nō erāt: ita ꝯſuluit bar. ꝙ ēt tc̄ ad repetēdū ſufficiat ꝙ marit⁹ reqſit⁹ dixerit ſe nolle ꝯhere p iura allegata ſ ob. l. ita ſtipulat⁹: q: loqtur ī eo q petit ſed nos in eo qui repetit Bar. conſilio lato: pñtiū. Pau. ꝺ ca. in addi. hic

b ¶Indebitā. ADDE i quātū alex. in pmo notabili tenet ꝙ marit⁹ nō teneaꝫ alere vxorē cum dos ē ſibi ꝓmiſſa nec tradiꝫ p glo. in auꝫ. ꝺ ñ eligēdo ſo nubē. in. §. ſi. i ꝟbo onera: niſi mulier: que dotē ꝓmiſit daret marito id ꝙ poſſet: q: nō teneꝫ niſi in quantū facere pōt p. l. ex diuerſo i pn ⁊ ibi bart. ȷ. ſo. ma. ⁊ idē dicit in patre mulieris q: ſi ⁊ ipſe ꝓmiſiſſet genero ⁊ ñ poſſet: tñ maritus teneretꝫ vxorē alere. ꝓ quo ad pmū Ro. ꝯſi. li. ccccxvij incipiēte in ꝓpoſita conſultati. dicꝫ ſe vnq̄z iueniſſe gl. q̄ illud dicat in d. auc. verū. q̄z eſt ꝙ gl. in. d. verbo onera relata ad tex. nō dicit hoc: ſz dicit ꝙ ſi ꝓmiſſa fuit dos marito vel a muliere. vel a patre. vel ab extraneo ⁊ maritus ſuſtinuerit onera matrimonij: mortuuſq̄ ſit nulla ſcā traditione dotis ꝓmiſſe ꝙ iniquū videꝫ ꝙ mulier aſi nupcialē accipiat donati. q: ſatis ē ꝙ mulieri alimēta ꝓſtiterit: ⁊ Puētibus ipaz: ita mihi videꝫ ꝙ dicat gl. ſaluo ſaniori ⁊c̄. vnō ipſe Ro. dicto cōſilio tz ꝙ ſi dos ſit ꝓmiſſa ⁊ mulier ſit in Puicio viri vel ſi ſit i Puitio culpa tñ viri. ꝙ marit⁹ illā alere teneaꝫ poſſit tñ ſi vult illā expellere. ⁊ hec eſt ſnīa ſpec. in ti. q ſi. ſint legi. §. i. vſi. Nunc dicam⁹ de alimentis vxori. Quo vero ad ſecundū dic ꝙ idem videtur in matre quia ſi ꝓmitteret dotez p filia: ⁊ ipſa nō teneretꝫ niſi in quantū facere poſſet ut voluit Bal. cōſilio. cccc. ij. li. in quātū ⁊ alex. trāſit cū opi. ꝙ ſtatutū loquēs i dote data habeat locū i ꝓmiſſa cū ꝓmittēſ fuit i mora adde bal. ꝯſi. cxxxiij. ⁊ cexxxiij. iiij. li. idē voletez ⁊ pau. de ca. cōſi. cxxiij. Quo ꝟo ad vlti. q. tactā per alex. an marit⁹ ꝺbeat lucrari dotem mulieris de ſpōſate p ꝟba de pñti ⁊ nō traducte ad domū ad de Bal. ꝯſi. xcviij. v. li. ⁊ cōſilio. cccxxviij. i. li. ⁊ cōſi. cxxiij. ⁊ conſi. cclxxvi. ij. li. ⁊ ibi quid ſi ſtetit p mulierem quominus duceretꝫ per abb. conſilio. lxviiij. incipiē te Stāte ſtatuto illud ꝙ al. alex. vt ipſe dicit incipit facti contigētia.

nō ob. d. l. ita ſtipulatus. Sed in eo ꝙ glo. dicit ꝙ eſt neceſſe ꝙ alter eo:ū nuptias ꝯtrahat op. imo videꝫ ſimpliciter ꝙ ſufficiat ſpōſalibus renūciare: vt. l. i. C. de inſti. ⁊ ſubſti. ⁊ l. vter ex fratribus ꝺ cōdi. inſti. ibi. ſi alter ducere nolit: ⁊ l. ticio. §. ticio genero. de cōdi. ⁊ demō: ibi ſi nolit nubere: poſſumus dicere ꝙ ibi eſt ſpāle i vltimis volūtatibus: vt. d. l. ita ſtipulat⁹. §. ſabin⁹ de ꝟbo. ob. ſed hoc nō eſt verū: q: imo idē i cōtractib⁹: vt. l. ſtipulationē: cū. l. ſe. ȷ. de iure do. ⁊ l. dotis fruct⁹. §. ſi. ⁊ l. ſi ego in pn. e. ti. ⁊ ideo puto ꝙ debeat ſubaudiri ad gl. dū dicit donec alias nuptias cōtraxerit. ſubaudi: vel ſpōſalib⁹ renūciauerit: ⁊ hoc īnuit iſte tex. dū dicit donec inter eos manet affinitas. hoc eſt illa ſpōſalia^a. Iſta enī ꝟba q̄ diu nuptie cōtrahi pñt debēt intelligi. ſ. ex eiſdē ſpōſalib⁹: vt. d. l. ſtipulationē: cuz. l. ſe. ȷ. ꝺ iure do. ⁊ hoc eſt qꝺ glo. vult hic dicere: vel q̄ diu mr̄imoniū cōtrahi pōt: dn̄t intelligi rebus ſic ſe habētib⁹: hoc ē ex pñtib⁹ ſpōſalibus qꝺ tene mēti: q: qñ qs renunciat ī aliqua re oī iuri qꝺ hꝫ vel habere pōt vel poſſet: dꝫ enī intelligi reb⁹ ſic ſe habētibus hoc ē ex aliquo iure qꝺ eſt de pñti re vel ſpe. ꝓ hoc facit. ȷ. de ſta. li. l. i. ⁊. ij. lꝫ enī quilibꝫ ſeruus poſſet ſpare libertatē: ⁊ habere ſpem facti. nō tñ dicꝫ eſſe ſtatu liber: vel ſpē libertatis habere: niſi ex aliquo qꝺ de pñti eſt ſperet: vt ſi ē libertas relicta ſub ꝯditiōe vel alio modo. Hoc pmiſſo rñdeo ad. l. ſi pecuniā ꝙ hic volebat repetere dotē: ⁊ volebat ꝙ ſpōſalia durarēt hoc nō pōt: vt hic. ſed ſi vellet renūciare ſpōſalib⁹ optime poſſet repetere: vt vidiſtis: ⁊ ſic nō ob. d. l. ſi pecuniā. eſt tñ ſpeciale fauo:e mr̄imonij: vt in ptāte dātis non ſit diſſolueꝫ ſpōſalia ex pnīa: nec ex pnīa pōt repetere: vt. l. ſi ego in pn. ⁊. §. i. ȷ. de iure do. lꝫ ſecus eſſet in eo quod daretur ob aliam cauſam: vt. l. ſi pecuniam. ꝺ. eo. Bartolus.

c **I donaturus.** Nō ſecutis nuptijs datū ob dotē repetiꝫ a muliere cui dans donare volebat: niſi aliud expſſe actuz ſit. h. d. ¶Op. ꝙ imo cōdicat ſoluēs: vt. l. q ſe ꝺbere. §. ſinautē. ꝺ. eo. So. ibi ſoluit ꝓpter ſuam obligationem. ita dicit glo. hic. ⁊ ibi Bartolus.

Ex. l. ſequenti.

¶Quādo obſtet exceptio dolo facis: q: petis ꝙ reſtiturus es alteri: q̄ ei a quo petis: ibi. Ad finē. Et quādo etiā obſtet ei qui reſtiturus ē alteri ex interuallo: ibi. Scꝺo.

**Si quis indebitam**^b. Exceptio doli que obſtat ꝺlegāti: nō obſtat ei cui facta eſt delegatio ex cā oneroſa: niſi quaten⁹ ad ꝺlegantē res eſt reuerſura: ſꝫ delegato ꝯtra delegantē ſuccurriꝫ. h. d. Primo ponit vnū dictuz p qꝺ cōſulit ei: cui facta ē delegatio. ſcꝺo ponit aliud p qꝺ cōſulit delegato. tertio ponit limitationē pmi dicti. ſcꝺa ibi. itaq̄z. tertia ibi. ſꝫ ſi ſoluto. ¶Op. de. l. ij. §. cuz ꝟo. ȷ. de dona. ⁊ de doli exceptione iulian⁹. So. hic fuit facta delegatio ex cā dotis: que eſt oneroſa: ibi ꝟo ex titulo lucratiuo. ¶Op. de admi. tu. l. cū poſt. §. ſi. So. ibi ꝓmiſit: vt tuto:: ⁊ ſic noīe mulieris: hic ꝓmiſit ipſe tāq̄ ipſe ſic debēs. nō ſunt alie glo.

¶Ad ſi. iſtius. l. no. hic ꝙ ob. exceptio dolo facit ei q petit qꝺ reſtitutur⁹ ē alteri: q̄ ei a quo petit. Cōtra in. l. ſi ſocer. §. luci⁹. ȷ. ſo. ma. So. hic dꝫ reſtituere alteri q reſtitutur⁹ eſt reo. iꝺ habetur p ide: ac ſi reo reſtituere ꝺberet. ¶Scꝺo habeꝫ hic ꝙ regula dolo facis obſtat ei q reſtiturus ē alteri ex interuallo. nā marit⁹ dꝫ reſtituere dotē vxori annua bina trina die: vel hodie p⁹ annū: vt. C. de rei vxo. ac. l. i. §. exactio. Cōtra in. l. ſi. §. i. ȷ. vt lega. no. ca. So. hic maritus hēbat dilationē miſeratiōis cā: ſicut in tpe qꝺ daꝫ iudicatis. Cōtrariū loqtur qñ dies reſpicit ipaz obligationē: q̄ diſtinctio ꝓbaꝫ. ȷ. ꝺ cōpēſa. l. ſi cuz militi. §. i. ¶His expeditis ꝓ ſūmāda materia l. noſtre debetis ſcire: ꝙ quādoq̄z occaſiōe matrimonii dāt dotē ipſi cōtrahētes: vel ꝯtrahere debentes: tūc loqtur. ꝺ. l. pxi. ⁊. ȷ. l. pxi. Qñq̄z dat extraneus: ⁊ tūc aut dat ſua ſpōte nō iuſſu vel rogatu mulieris: ⁊ loqtur. l. ſi extrane⁹. ꝺ. e. ⁊ iſta. l. ij. rñſo. Qñq̄z dat extrane⁹ iuſſu: vel rogatu mulieris: tūc loqtur hec. l. in pn. ⁊. §. ſiqs indebitā: ⁊. l. q ſe ꝺbere. Et q: iſte paſſus ē multū inuolut⁹: iꝺ dic qñ extrane⁹ dedit. aut dedit aīo donādi: q: nō putabat ſe debito:ē: ⁊ tūc ipſa mulier repetet ſi mr̄imoniū nō eſt ꝯtractū: vt hac. l. in pn. ⁊ repetet dico pecuniam ſi ſoluit: vel vt cedaꝫ actio ſi ꝓmiſit dūtaxat: vt. l. q ſe ꝺbere. in glo. ſup ꝟbo actio. ꝺ. e. ⁊ hoc ſi mr̄imoniū nō ē ſecutū: ſed ſi mr̄imoniū eſt ꝯtractū cōuertiꝫ in dotē: ⁊ hoc nō eſt dubiū. Si ꝟo ille q dedit: vel ꝓmiſit putabaꝫ ꝺbito:: ⁊ tūc aut erat in veritate: aut nō: ſi erat ꝺbito: ver⁹: ⁊ tūc aut ſoluit tm̄ iuſſu mulieris nulla p̄cedēte ꝓmiſſione: ⁊ ipſe ē liberat⁹: vt. l. ſolutā. ȷ. de ſolu. ⁊ mulier ipſa repetet: vt. l. ſi procurato:. ȷ. ti. ij. Aut ꝓmiſit ⁊ poſtea ſoluit: ⁊ tunc aut ſoluit noīe mulieris: ⁊ idez per eaſdez. ll. Aut ſoluit ꝓ obligatione ſua: ⁊ tunc aut fuit ei mandatū ſolū ꝙ ꝓmitteret nō ꝙ ſolueret: ⁊ tūc ſi ſoluit ante mr̄imoniuz cōtractuz iputet ſibi: vt. l. ſi tibi mādauero. in p:in. ȷ. mā. ideo ſibi cōpetit ꝯditio: matrimonio nō ſecuto: ⁊ ipſe mulieri tenebiꝫ. ar. l. qui ſe debere in ꝟſi. ſinautē. ꝺ. eo. nō tamē liberatur cedēdo illaz cōditionē ꝓpter ſuā culpā: vt dixi. Si ꝟo habuit mandatū ꝙ ꝓmitteret: ⁊ ſolueret: ⁊ tūc ipſi cōpetit cōditio: ñ ſecutis nūptijs quā cedēdo mulieri ab ea liberabiꝫ: vt. l. qui ſe debere. §. ſin autē. ꝺ. e. Et predicta vera nuptijs nō cōtractis: ſed ſi fuerunt cōtracte nō recipit dubiuz: ꝙ in dotez cōuertunꝫ: vt. ȷ. ꝺ iure do. l. p:omittēdo. §. ſi debitoꝫ: ⁊. §. ſi. ⁊. l. ſe. ⁊. l. lꝫ: ⁊ per multas. l. illius ti. ſcꝺo caſu quādo i veritate debitor nō erat: aut ꝓmiſit: vel ſoluit ſcienter: ⁊ cōditio cōpetit mulieri: ſi matrimoniū nō ſequatur: ⁊ ſibi ꝓdeſt ſi ſequereꝫ: vt. l. q ſe ꝺbere. ꝟ. ſed ſi cū ſciret. ꝺ. e. Aut igno:abat: ⁊ tūc aut errabat tali erro:e ex quo ſolutuz nō poteſt repeti: ⁊ idez: vt. d. l. qui ſe ꝺbere. ꝟ. nerua a cōtrario ſenſu ſm veruz intellectuz. Si ꝟo nō impediebatur repetitō tali erro:e: ⁊ tūc aut matrimoniū eſt ſecutū: ⁊ durat: ⁊ nullo mō poteſt ſe tueri contra viruz cui ꝓmiſit ſed ſibi ſubuenitur cōtra mulierē: vt hac. l. §. i. Aut matrimoniū nō eſt ſecutuz: ⁊ tunc aut ſoluit tantum iuſſu mulieris: nō p̄cedente ꝓmiſſione: ⁊ mulieri cōpetit ꝯditio: ⁊ ipe repetet a muliere. ar. l. ſi

ꝓcurato:.j.ti.ij. Aut ꝓmiſit ⁊ ſoluit iuſſu mulieris: ⁊ tũc aut ſoluit noĩe mulieris: ⁊ idẽ p eãdẽ.l. Aut ſoluit ꝓ obligatiõe ſua: ⁊ tũc ſibi cõpetit cõditio: vt.l. qui ſe ðbere. ꝟſi. nerua.ſ̃.e. Aut matrimoniũ fuit cõtractũ: ⁊ nõ durat: ⁊ tũc in oĩbus caſibus in q̄bus dixi eũ poſſe repeteꝛ mr̃imonio nõ ↄtracto nõ poterit repetere mr̃imonio ↄtracto ⁊ diſſoluto: niſi q̈tenus res que data eſt ad mulierez: reuerti debet: vt hac.l. pri ma in fi. Bartolus.

a ¶Si mulier. ADDE q̄ gui.ð cu. dicit q̄ iſte tex. facit ad q. an remittens ex cauſa donatõis debitũ poſſit efficaciter donare ſi nõ interueniat inſinuatõ: ⁊ alle gã multa iura alle.tu ad de pulchre bal. cõſi.xxxviij.v.li. ange. cõſi.lxxviij. bal.cõſilio.cccclxxviij.iiij.li.

**Si mulier**[a]. Si cã ob quã facta eſt liberatio ſecuta nõ eſt repetiꝛ pecunia: ac ſi ſoluta fuiſſet. ¶Op. imo dʒ agi: vt ſe reponat in p̄ſtinã obligationẽ: vt.l.ſi q̄s accepto.ſ̃.e. Sol. hoc erat ðbitũ puruʒ p̄ñs ⁊ liq̄duʒ. ibi ſecus: vt ibi vidiſti. ¶Op. q̄ iſta acceptilatio nõ valuit. habuit enĩ in ſe tacitã cõditionẽ ſi nuptie ſequereꝛ que ſecute nõ ſunt: vt.l.lʒ.in p̄n.j.de iure do. So. oʒ te hic intelligere q̄ fuit actũ: vt acceptilatio illã cõditionẽ tacitaʒ nõ haberet: ſimile habuiſti no.in.l.q ſe debere.ſ̃.eo.

**Si heres.** Datũ nudo miniſtro cã nõ ſecuta cõdiciꝛ.h.d. vel aliter. Datũ executori vltime voluntatis: ſi in cãm debitaʒ non expendit repetitur.h.d.

**Tam quis.** Reuocata donatione cã mortis res cõdiciꝛ cuʒ ſuis acceſſiõibus.h.d. vidiſti in.l. qui ſe debere in fi.ſ̃.eo.

**Si filius.** Collatio ob cãʒ facta cã nõ ſecuta repetitur. hoc dicit.

Ex.l.ſequenti.

¶Quod ſoluiꝛ ꝓcuratori falſo ĩ rẽ ſuaʒ. an repetaꝛ: ibi. Primo ergo. Et q̄d q̄ñ ſoluiꝛ ꝓcuratori falſo transferẽdo in euʒ dñiũ hoc acto vt faciat debitoreʒ liberari: ibi. Scdo. Qñ autẽ ſoluitur falſo ꝓcuratori: vt nũcio: vt ad dñm portet q̈liꝛ cõſulaꝛ debitori: ⁊ dño: ibi. Tertio. An autẽ quãdo ſoluiꝛ falſo ꝓcuratori ſimplici aliquo remedio cõſulaꝛ debitori: vel an libereꝛ debito: Bar. hoc ꝓſeq̄tur p q̈ttuor.q.q̈s ꝓſeq̄re ibi. Quarto.

